



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Tertivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

M. L. SERMO DE VIR  
TERTIVM.

Excōmunicari, nō est animam tradi diabolo, neq; priuari bonis Ecclesiæ, cōmunibusq; oratiōibus eiusdem. Hoc ex dictis abunde patet, quia manente fide, spe, & charitate, manet uera cōmunio, & participatio omnium bonorum Ecclesiæ.

Q V A R T V M.

Excōmunicatio, si iusta est, significat potius, animam esse diabolo traditam, & ecclesiæ cōmunionē spiritali priuatā, quia fertur super eum, qui peccato mortali seipsum priuauit cōmunionē charitatis, & diabolo sese tradidit. Sicut ecōtra reconciliatio sacramentū est, & externū signum interioris reconciliationis & cōmunionis. Ideo uerum est, quod excōmunicatio ecclesiastica, nō infert, sed præsупponit, aliquem esse in morte & peccato, id est, uere excōmunicatū spiritaliter.

Q V I N T V M.

Excōmunicatio sic est tpalis & corporalis, ut tñ ordinetur, non cōtra, sed pro cōiōne interiore, uel reparanda, si iuste lata fuerit, uel augenda, si iniusta fuerit. Probat hoc per Apostoli i. Corin. ult. Agā secundū potestatem quā dedit dñs mihi, nō in destructionem, sed edificationem, hoc certe intelligo, qd non possit destruere, sed tantūmodo edificare p Ecclesiasticā potestatem. Nam & illū fornicariū i. Corin. v. sic excōmunicauit, & Satana tradidit, ut spiritus nihilominus saluus fieret. Et ut supra dictū est, nō existimandi sunt quasi inimici, sed corrigendi ut fratres, nō ut pendant, sed ut cōfundantur, Et ut audacius dicam, Nec Christus, ut homo, hanc habuit potestatem separandi animas, sicut dicit Ioan. vi. Omne qd uenit ad me nō eijciam foras. Et iterū, Hæc est uoluntas eius, qui misit me patris, ut omne qd dedit mihi, non perdā. Et iterū alibi, Non uenit filius hoīs perdere, sed saluare anias. Item ad hoc est apertus quoq; textus li. vi. de sen. ex c. Cum medicinalis, qui ualde est notabilis, dicens, Cū medicinalis sit excōmunicatio, nō mortalis, disciplinās, nō eradicans, dū